



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXXII. Markgraf Otto von Brandenburg schenkt dem Jungfrauenkloster zu
Althaldensleben ein Gehöltz, welches Bertram von Niendorf von ihm zu
Lehn trug, am 16. Dezember 1241.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

minum nostrum imperatorem ex altera fuscitata, diabolo persuadente tanta jam per totam christianitatem mala emerferint, quod maior est timor et anxietas de futuris, nisi divina dispositio per angelum pacis et consilii remedium inducat, excellentie vestre devotissime duximus supplicandum, quatinus tum pro Deo, tum pro necessitate totius populi christiani, cuius salus in vestra et domini imperatoris concordia et tranquillitate videtur consistere, concedere ac licentia curetis, ut frater C., honorabilis magister hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum in Jerusalem, laborem et sollicitudinem sumat, tanquam internuntius et fidelissimus mediator, tractaturus inter vos et predictum dominum imperatorem de compositione amicabiliter facienda. Alius enim princeps, tam propter difficultatem et viarum pericula, quam propter suspicionem, que sibi posset ex altera partium generari, nondum esset hoc tempore adeo utilis et idoneus, sicut predictus magister, in hoc negotio feliciter exequendo. Copiam sigillorum nostrorum non habuimus ista vice, et ideo litteram istam sigillo matris nostre fecimus sigillari.

Nach Pertz, Monumenta historica Germaniae IV. Leg. II, 337. Ähnliche Schreiben wurden damals von einer großen Zahl anderer geistlicher und weltlicher Fürsten an den Papst gerichtet.

XXXI. Markgraf Johann von Brandenburg verleiht dem Kloster Medingen fünf Hufen Landes in Dorfe Bodendorp, am 7. November 1241.

Johannes, dei gratia Marchio Brandenburgensis, omnibus prefens scriptum inspecturis salutem. Uniuersa moderni temporis negotia ne revocentur in irritum, solent uocibus testium et scripti memoria perhennari. Sciant igitur tam presentes quam posterius, quod nos Dei instinctu, tam in remissionem nostrorum predecessorum peccaminum quam nostrorum peccatorum, ecclesie sancte Marie in Medinghe ad utilitatem conuentus eiusdem loci contulimus quinque mansos sitos in villa, que uocatur Bodendorp, cum omni iure perpetuo ac libere possidendos. Sed ne aliqua in posterum calumnia possit suboriri, sigilli nostri appensione presentem paginam fecimus roborari. Testes adhibuimus, quorum nomina sunt hec Wernerus de Medinghe, Geuehardus de Maldefen, Wernerus et frater suus Bode de Saltwedel, Thidericus de Wostrow et alii quam plures. Datum Ulfen, anno domini M^o. CC^o. XLI^o. VII. Idus Nouembris.

Nach dem Original-Abdrucke in Sarenberg's Monumenta historica, adh. ined. fasc. III, 199. Ungenau abgedruckt in Gercken's Codex dipl. Brand. V, 75. 76.

XXXII. Markgraf Otto von Brandenburg schenkt dem Jungfrauenkloster zu Althaldensleben ein Gehölk, welches Bertram von Niendorf von ihm zu Lehn trug, am 16. Dezember 1241.

Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, omnibus in perpetuum. Quoniam ex largitione elemosynarum, divina pagina protestante, rubigo facinorum consumitur et

deletur; expedit anime salutis, ut magis hiis erogetur, qui omnibus huius mundi deliciis abdicarunt et soli domino adhaeserunt. Quapropter notum esse volumus omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ligna virentia, prope Haldefleue sita, que Bertramus de Niendorp a nobis iure habuit feudali, sanctimonialibus, in antiquo Haldefleue domino famulantibus, proprietatis titulo conferimus et donamus. Ne igitur in posterum aliquam malignandi rimulam cavilloso calumpniator inveniet, huius donationis nostre paginam sigilli nostri appensione cum testium subscriptione roboramus, quorum nomina hec sunt: Borcardus et Johannes fratres de Irkefloue, Gere et Johannes fraires de Wodenswege, Bertoldus et frater suus de Wodenswege. Datum Anno gratie M^o. CC^o. XLII. XVII. kal. Januarii.

Nach einer vom Pastor Behrens zu Nordgermersleben aus dem Althaldensleben'schen Copialbuche mitgetheilten Abschrift. In einer Abschrift von Wohlbrück's Hand, die aus dem Copialbuche des Halberstädtischen Domcapitels genommen worden, ist diese Urkunde vom 1. Jan. 1242 datirt (M. CC. XLII. kal. Jan.) und der iuxta benannte Bertram ist B. de Niendorp genannt.

XXXIII. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, bestätigen dem Kloster Colbaz in Pommern seine Besitzungen und Rechte, am 3. Juli 1242.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos fratres Johannes et Otto, Marchiones de Brandenburg, Abbati et fratribus in Colbas in perpetuum. Qui moderatur secula et totius mundi disponit amminicula, per se quidem omnia gubernat, sed per pectora principum religiositati piorum pacis et quietis munimina prestat. Quia enim indefinenter contra bonitatem pugnat malicia et emulatio aduersarii per callida fraudis sue commenta sancte conuersationis insequitur studia; Iustum est pie viuentibus principum adesse presidia, ne forte cujuslibet temeritatis incurfus aut eos a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilectis in Christo abbati et fratribus monasterii de Colbas ordinis Cisterciensis iusta postulantis animo libenti clementer annuimus, Ipsum monasterium cum omnibus ibidem degentibus et ad ipsum pertinentibus sub nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio comunimus. Inprimis confirmantes eis quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentia iuste possidet aut in futurum principum donatione vel fidelium oblatione seu legitima coemptione vel aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma eis eorumque successoribus et illibata perpetuo permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo presatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Villam Theutunicorum, que Chrogh dicitur, Reptow, Recow, Dambne, Brincow, Lankna, Soznoue, Cirnow, Smirdeniz, Dambe, Tribus, Cilizlaue, Gline, Piacefna, Gribna, Clenskowe, Gardena, Woltin, Wizok, Clebow, Brunnik, Broda, Schoneuelt, Prilep, Zabes, Striuilow, Triben, Doberpul, Leschowe, Warfin, Zontofine, Lufiz, Cuthzinoue, cum pratis, terris, nemoribus, vsuagiis et pascuis, in busco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Vt autem processu tempo-